

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

28. De vnione siue coniunctione Ecclesiarum, vel beneficiorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

potestatem conferendi, tantum temporis habeat, intra quod conferre queat, quantum haberet is, qui iure propriis aliqui conferret? Respondeo, habere: quare si ius conferendi beneficia inferiora ob negligentiam, vel delictum alicuius deuolutum ad alium, liberam habet potestatem conferendi intra sex menses coinputandos non à die, quo ad ipsum deuolutum est ius, sed à die, quo de hoc iure ad deuolutum certior est factus, *Sic Lambertinus, De Iure ac lib. 2. par. 3. q. 2. ar. 8. ex Ioan. And. Paul. Abbate, Rocho, & alijs, quos sive citat.*

Vadecimo queritur, An quando ob negligentiam Patroni Laici in nominando ius liberum instituendi ad Ordinarium deuolutum, debet ipse Ordinarius instituere intra quatuor mensis spatum? Ex una parte videtur id fieri debere, quia intra quatuor menses liberum erat Patrono Laico nominare, sed Ordinarius ad quem estius deuolutum, succedit in iure quod Patronus habebat: ergo liberum est et intra quatuor menses instituere.

Ex altera parte videtur magis cum iure congrue, ut Ordinario sit libera potestas instituendi intra sex menses, quos aliqui habet quilibet Ordinarius ad inferiora beneficia conferenda: quoniam ius mutari solet mutata persone conditione. Ergo licet Patronus Laicus habeat tantum quatuor menses ad nominandum, Ordinarius iure ad ipsum deuolutum sex habebit in istar ceterorum Ordinariorum. Dua in hac re inuenientur sententias. Vnam affirment, Ordinarii tantum quatuor menses assignari, quos Laicus patronus habebat: Alteram affirmantem liberum esse Ordinario, intra sex menses instituere & confidere, quos menses ceteri quoque Ordinarij habent. *Sic Lambertinus loco citato ex Paulo, Rocho, & Andrea ab eo productis: & haec mihi placet.*

Duodecimo queritur, An quando ius conferendi beneficium ad plures superiores gradatim deuolutum, eorum quilibet sex menses habeat, intra quos iure ad deuolutum conferre queat: An vero eos sex menses solus habeat proximus superior, ad quem primo ius est deuolutum? Respondeo, eorum cuilibet sex menses assignari. *Sic Lambertinus ex Paulo & alijs loco citato: exempli gratia, si Episcopus beneficium intra sex menses conferre neglexit, ad Archiepiscopum deuolutum est ius, cui similiter sex menses assignantur, intra quos conferre possit: quod nisi fecerit, ius ad Primum, sive Patriarcham deuolutum, si illi subiicitur, & Primas à die, quo de iure ad deuolutum certior est factus, habet alios sex menses, intra quos conferre debet: quo non conference, ius ad ipsum Papam deuolutum: qui intra sex menses, vel intra plures, si pse voluerit, cum non sit iure communis constitutus, libere potest conferre. Hinc sit, veiute ob negligentiam, vel delictum eorum, quorum est Benef. conferre, ad plures identiter deuolutum, contingere queat, ut Ecclesia ad unum annum, immo etiam duos suo rectore vel ministro debito deservatur: quo tempore Episcopus si Parochialis sit Ecclesia, vel animarum cura conjuncta, Clerico idoneo commendare debet ad sex menses semel & iterum, testio & quanto si opus sit, qui eam tanquam custos, pastor, vel curator administret.*

Dicimo tertio queritur, An quando quis imperat Benef. iure deuoluto, declarare debeat modum, quo Benef. vacavit? Respondeo: *Rebus loco citato, n. 105. debet: aliqui imperat, tanquam irrita dissoluerit.*

Dicimo quarto queritur, An quando à Papa vel Archibiscoipo, vel Episcopo iure deuoluto Benef. conceditur, & concessio non valuit ob aliquod impedimentum Canonicum, v.g. quia is, cui est collatum vel irregularitate, vel sententia, & vice excommunicatus, obstrictus erat, vel quia legitima etate, vel natum originis carebat: ius conferendi redire ad inferiores Ordinarios, ad quos iure proprio pertinebat? Respondeo: *Ioan. Sclua de Benef. p. 3. q. 3. reddit. Imo generatim ait id locum habere: præter quam si Benef. eo ipso quo Papa semel contulit, referuntur, aut affectari: tunc enim inferiores Ordinarij conferre neque-*

*unt, quia de beneficiis iuri Papæ reseratis, vel ipsius auctoritate affectis, statuere iure non possunt, ut inferius dicimus c. 35. q. 1.*

Decimoquinto queritur, Quid dicendum sit, quando Episcopus, antequam esset ius deuolutum ad ipsum, iure deuoluto contulit, cum tamen ignorasset se posse aliqui illud proprio iure concedere? Respondeo: *Rebus loco cit. n. 52. non valere, quia quod noluit, poruit, & quod voluit, implere nequit. cap. Cum super, de offic. delegat. Et l. Multum. C. Si quis alteri, vel sibi. Alijs tamen oppositum magis placet: quia si non fecit quod voluit, fecit certe quod potuit.*

XVI. queritur, An elapsi conferendi tempore, Ordinarius possit conferre purgando moram? Respondeo, minime, quia ipso iure conferendi potestas ad alium desoluitur: & ideo adeptio beneficij nequaquam iure subsistit, etiam si die proxime sequenti sex menses modo supra explicato in c. 26. q. 10. Ordinarius contulisset *Glo. in cap. 2. de concess. prob. Et Card. in Clem. Si de Benef. de prob. Nam quāvis aliqui possit quis moram iure purgare. c. Poruit, delectato. Et l. Si post tres, ff. Si quis cautionem. Et l. Si insula, ff. de verb. obl. Sed in presenti negotio, mora purgari non potest, quia quando tempus in conflit. vel lege certum apponitur, ad rei substantiam & formam pertinere videtur. Autem Qua supplicatio. C. de precib. Imperat, offrend. Et l. Scire reportet. Et consequentes. ff. De aministr. uicula. Quæres, A superior, ad quem ius deuolutum est, inferiori ordinario, qui intra legitimum tempus conferre neglexit, concedere queat plus temporis, quam fuerat lege prescr. v. g. Archiepisc. Episc. iure deuoluto potest beneficium conferre, qui intra sex menses concedendum, minime curauit. Quæritur, An Archiepisc. concessio possit Episc. illud conferre post sex menses? Respondeo: *R. but. loc. cit. n. 30. eum posse, quia non iure proprio confert Episc. sed iure, quod est ad Archiepisc. deuolutum: ius enim suum Archiepiscopus Episc. tribuit.**

XVII. queritur, An possit Episcopus iusta ex causa certam temporis metam inferiori ordinario praesigere, intra quam conferre debeat, quum non est iure communi constituta, aliqui nisi contulerit, ad Episcopum collatio pertinet? Respondeo: *etiam Rebus loco citato, n. 33. ex Abb. in c. Cum Eccl. si de elect. possit dummodo tamen terminatio iure prescripto ordinarium inferiorum non spoliat. Nam priuilegium aliqui communis iure concessum auferre Episcopus non potest. c. Indulsum. dreg. iur. in 6. Quare quod diximus, solum locum habent his, in quibus nullus est legere circus terminus constitutus.*

XVIII. queritur, An cum beneficium superior Antistes iure deuoluto conferre potest, illud cum altero coniunge queat? *Hinc quae prox. seq. facilius fatur.*

## CAP. XXVIII.

### De unione, seu coniunctione Ecclesiæ, vel Beneficiorum.

Nihil extat in iure it. De coniunct. seu vnione ecclesiæ: extat regula Cancellariae 13. De unionibus. Genus quoddam beneficia acquirendi vñstatum est, cum videlicet beneficio quo quis habet, aliud adiungitur, adiicitur, & coniungitur. Nam etiæ Canones prohibent, quod minus quis duo plurave beneficia simul possideat, cum tamen vñnum alteri connectitur, conceditur ut vñrum que possideri queat. De unionibus edidit libellum Ioan. Baptista Cacciolanus, & alium Petrus Perusinus. Egit etiam Rebus in reg. 13. Cancellaria, & in Praxi Signat. Gratia, in verb. Unions. Tractauit Glos. in c. 1. Ne sede vacante. & ibidem ceteri: alij vero in cap. Sicut unire, de excessu Prelator. & Clem. i. debet. Eccles. non alien. & Clem. Ne in agro. De statu Monachorum.

Primo queritur, Quid sit vñio, sive coniunctio Eccle-

harum, vel Beneficiorum? Respondeo, hoc esse: cum duas Ecclesias, vel Beneficia legitima Superioris auctoritate connectantur in perpetuum, vel ad tempus, ob Ecclesia rum necessitatem, vel voluntatem. *Ex. Sicut unire De excess. Pralat. & quod fit viro, Ecclesia in proprietatem con- ceui foler. c. Cura, de iure patr. Rebus. n. 1.*

Secundo queritur, Quo modo sit possit Ecclesia rum coniunctio: Hostiensis in summa sit. Ne Sede vacante aliquid innoveretur, versus quod modis fiat, quinque modos enumeratis: quicquid Abbas aliquis in e. 1. Ne Sede vacante sequuntur. Sed Glos. in e. Et temporis. 16. q. 1. & e. 2. Ne Sede vacante, tres tantum recensent. Primus modus est: cum ita coniungitur Ecclesia, ut in unum quasi corpus minime confundantur, & coalecant, sed ut una sit superior & principalis, altera vero inferior & subiecta, & propterea ad alteram accedens & ipsi adhaerens. Et tunc in inferiore Vicarius, qui munus & officium obeat, constitui solent. *Extr. p. 6. Qui vero. De prab. Ait. modus est: cum duas Ecclesias in unum veluti corpus coalecent, ita ut una Ecclesia, unum beneficium, & unum ministerium, non duo esse, vel dici queant, ut in finiatur. c. Decimas. 16. q. 1.* Tertius modus est, cum neutra Ecclesia alteri subiectetur, nec ambae in unum veluti corpus cogintur, sed solum ita unum, & honoris gradum teneant: ac propterea idem minister utique praeditus est. *c. 1. No Sede vacante & c. Et temporis. 16. q. 1. & c. Monaster. de relig. domib. & c. Postquam. 16. q. 1.* Cum vero duas Ecclesias in unum veluti corpus colliguntur, Canonici, inquit Glo loco supra citato in una sunt, quoque Canonici in altera & vtrig. ius habent Episcopum eligendi, & negotia communiter expeditandi. At vero huiusmodi coniunctio duobus etiam modis fieri potest. Aut enim ambae in unum corpus confunduntur, aut una alteri accedit & annexatur: & tunc haec que alteri adhaeret, alterius naturam, consuetudines & priuilegia acquirit. *cap. Recolentes de statu Monach. & vlt. Quare si exempta Ecclesia alteri que non est exempta, coniungitur, libertatem amittit. Et est contrario. Item si Ecclesia secularis Regulari connectitur, sit quoq; Regularis. Cum simul autem ita connectantur, utrumque veluti corpus efficiant: tunc consuetudines & priuilegia, que meliora sunt & humiora in una, in altera quoque retinentur. Sicut cum Imperat. coniungit actionem bona fidei, & stricti iuris, que meliora sunt in una actione, communicantur cum altera. l. Vna. C. Deric. uxoria actione. Et cum dicit Legatus & Fideicommissi colligantur, id quod humanus erat unus in una, tum in altera retinetur. l. 2. ad si. C. Communia de Legatio. Quando vero tertio modo duas ecclesias coniunguntur, si sint v. g. episcopatus, manent duos: dum tamen episcopus est virtus & ecclesia: ex propere illa ecclesia: eis fuenter Metropolitanus subiectus, quamvis connectantur, neuter Metropolitanus ius suum amittit. Hac Glosa in ea. *Nouit ille. Ne Sede vacante. & c. Et temporis. 16. q. 1.**

Tertio queritur, An aliqua alia sit beneficiorum coniunctio, q. & non sit causa ecclesiarum, que vniuntur, sed solum gratia Beneficiarum, in quo duo beneficia vniuntur? proposito praefero Canonice & ita introducta est alia, que dicitur vnu ad vitam Beneficiarum, que una cum ipso Beneficiuntur & extinguitur. Hac tamen non est introducta ob ecclesias necessitat, vel vult, sed ob priuatum ipsius Beneficii modum: de qua statim dicemus.

Quarto queritur, Quibus de causis fieri debet Ecclesia, vel Benef. coniunctio: Hostiensis in summa sit. *Dere- lig. domib. quatuor preponit, sed omnes ad duas potissimum reuocantur. Aut enim eidens ecclesia necessitas, aut magna vultus postular, ut duas ecclesias connectantur. Videbilec, Parochiales ecclesias admodum vicine, & ita tenues redditus habentes, ut duos Parochos commode sustentent eis possint: iure coniunguntur. c. Et temporis. c. postquam. 19. q. 1. Similiter si utraque, vel altera fuerit deuata a bello, vel peste, vel incendio, vel iuncta aqua. c. Decim. eadem causa. & quas.*

Quinto queritur, Quo Benefic. & Eccles. coniungi-

queant? Respondeo, omnes, sive sunt Ecclesiae Cathedrales, sive Collegiate, sive Conuenionales, sive Parochiales, sive Regulares, sive Seculaires, sive sine beneficia, que dignates vocantur. Personatus, Officia, Canonici, Portiones, sive quaecunque alia Beneficia simplicia & infra-

re. *Sicut? Respondeo, omnes, sive sunt Ecclesiae Cathedrales, sive Collegiate, sive Conuenionales, sive Parochiales, sive Regulares, sive Seculaires, sive sine beneficia, que dignates vocantur. Personatus, Officia, Canonici, Portiones, sive quaecunque alia Beneficia simplicia & infra-*

*re. c. Sicut unire. De excess. Pralat. & c. folius item Papa coniunge potest primam dignitatem post Pontificalem in Ecclesia Cathedrali, sive Metropolitanam, & principalem dignitatem in Ecclesia collegiata, & denique ea beneficia, que vocantur Consistorialia, vel que Iuri Romani Pontificis transferantur, vel que sive auctoritate affecta esse dicuntur. Porro que beneficia consistorialia, que reserata, que affecta appellentur, postea explicabitur.*

*Episcopus vero iure communi potest ecclesias seu Be-*

*necias intra suam dictionem constituta coniungere. c. Si-*

*cit unire. De excess. Pralat. & c. Quod translationem, Descri-*

*Lati. Reb. loc. cit. n. 2.*

Septimo queritur, An Archiepiscopus possit coniunge Ecclesias Episcopis suffraganeis subiectas? *Respon-*

*deo, minime. Rebus. loro citat. n. 30. quia coniungendi po-*

*testas est iurisdictionis ordinatis, quam Archiepiscopus*

*non habet in huic modi Ecclesiis; potest tamen Ecclesi-*

*as, & Beneficia coniungere suae dictioni subiecta, sicut Epis-*

*copus. c. Sicut unire de excess. pral.*

Octavo queritur, An Legatus à Latere possit coniungere beneficia posita intra provinciam ipsi delegata? *Duas inuenio sententias: quarum una negat: & est Inno-*

*centius, Hostiensis, Federici, Antonij, & aliorum testis Abb.*

*in c. vlt. De confir. vti. vel inutili, & c. Sicut unire. De excess.*

*pralat. eo quod coniungendi facultas soli Episcopi iure*

*communi conceditur. Sicut unire. De excess. Pral. Con-*

*tinatio item Ecclesiarum est contra ius commune, cum quilibet Ecclesia suum Rectorem debeat habere, c. Quidam nulli. De Cler. non resid. & quilibet Benef. in sua Ecclesia praeferit esse, & cōmoran iure cogatur. c. Conquerens. De C. er. non resid. & Fideicommissi colligantur, id quod*

*humanus erat unus in una, tum in altera retinetur. l. 2. ad*

*si. C. Communia de Legatio. Quando vero tertio modo duas*

*ecclesias coniunguntur, si sint v. g. episcopatus, manent*

*duo: dum tamen episcopus est virtus & ecclesia: ex prop-*

*ere illa ecclesia: eis fuenter Metropolitanus subiectus,*

*posse Leg. tum ea beneficia coniungere, que alioqui posset Epis-*

*copus; est que lo. Lignani, Io. And. Imolz, Abb. comm.*

*Doctor. consensu & vnu recep. Cui suauitatio. Nam sic*

*am potestem habet Episcopus, cur non Legatus Ponti-*

*ficius habebit? Et cum in capite predicto, constitutis & c. vlt.*

*De confirmatio. vlti. dicitur, Legatum iuri & potestatis E-*

*piscopi derogare non posse. locum habet non in iure, &*

*potestate conferendi beneficium, quia licet ex ipsa coniunctione beneficium auferatur Episcopius conferendi*

*Legatus tamen passum conferendo & referendo benefi-*

*cia, huc iuri Ordinarij derogat: sed in alijs facultatibus*

*que episcopo debentur locum habet, yidelice, quamvis*

*Legatus duas ecclesias coniungat, non autem episcopo*

*potestatem visitandi, procurandi, corrigit, excommunicandi in iis, quae ad illas ecclesias pertinent, he Decimus*

*capit. ultim. De confirmat. Rebus. loc. citato. unius. 26.*

*Habet igitur Legatus ea potestate ordinaria, quia fun-*

*gitur in provincia sibi commissa, facultatem & ius ecclesi-*

*as & beneficia, que alioqui posset episcopus, coniungendi.*

*No non queritur, An Se devante, Coll. iugum Canoni-*

*corum possit unum beneficium alteri connectere? Respo-*

*do, posse ea connectere beneficia, que alioqui potest*

Epi-



Episcopus. Sic L<sup>ep</sup>pus, & eo posteriores Ioh. Liguinus, Zabarella, Imol. Clem. &c. Ad hac de stat. Monach. Caccius, lupus, de visione Ecclesiarum. ar. 3. a. 19. Petr. Perusius, De unanib<sup>e</sup>. c. 5. nn. 29. Rebuff loco citato, num 36. At dices, Collgium non habere potestatem coniungendi, ergo nec coniungendi duo beneficia, connectere non potest, nisi unum conferat ei ecclesia, cui connectit. Respondeo, non sequi, conferre nequit, ergo nec coniungere. Nimirum, episcopus conferre nequit beneficia, quae ad ius & potestatem inferioris ordinarij pertinent, & tamen potest ea coniungere. Item, Beneficium nondum vacans confertur nequit, & tamen potest alteri coniungi, ut statim dicemus. Postremo, non est idem iuriis de conferendo, quo de coniungendo: nam conferre, est voluntatis & liberalitatis, at vero coniungere, necessitatis, vel utilitatis. Non enim connectuntur ecclesiae, nisi quia id necessitas vel utilitas postulat.

Decimo queritur, An Generalis Vicarius episcopi possit beneficia a coniungere? Respondeo, minime, nisi speciali Episcopi consensu, ut est constans omnium opinio, quam sequitur Petrus in tract. de Unionib<sup>e</sup>. 4. ad finem. Rebuff loco citato, num. 37. Verum Rogerus quipiat, An si speciali episcopi mandato ius habeat conferendi beneficia, eo ipso facultatem habeat etiam coniungendi? Quidam negant, eo quod inferiores episcopo ordinarij habent potestatem conferendi, non tamen coniungendi. Ergo non sequitur, ut Vicarius possit connectere, quia potest conferre. Item, ad coniungendum videtur eligi industria hominis, quae tamen ad conferendum minime requiritur. Sed oppositum alij statiderunt, scilicet Vicarium habuimus habere id iuri & potestatis. Nam si Vicario conceditur facultas conferendi, cum tamen conferre sit voluntatis: multo magis dat ut potestas coniungendi, cum tamen sit necessitatis. P<sup>r</sup>imum meo iudicio est verius, ut docet Rebuff, in proposito Benf. p. 1. in forma Vicariatus. n. 102.

Videcimo queritur, An Abbates & alijs episcopo inferiores ordinarij habent ius beneficia coniungendi? communis est omnium opinio, ait Panormitanus in e. Sicut vane, De excess. Pralat. eos non posse virare beneficia, quamvis habeant ecclesias sibi pleno iure subiectas. Hoc intelligitur, ut idem Auttor explicat, non posse, ea scilicet potestate, qua conferunt ecclesiae & Beneficia: nam aliunde, nempe, consuetudine vel prescriptione, vel priuilegio possunt coniungere: e. quod coniungendi, sicut conferendi potestas est iuris iuris, non ordinis: sed quod in Episcopo sunt potestati, jurisdictionis, prescribere inferiores ordinarij possunt: nec tamen cum inferiores ordinarij Ecclesias coniungunt, ijs facultibus quae Episcopo debentur, derogant, videbent iuri visitandi, curandi, corrugandi, & alia similia facienda.

Duodecimo queritur, Quorumnam consensus requirit, cum Ecclesiæ vel Beneficia coniunguntur? Respondeo: cum episcopos coniungit, requiri consensus Collegij Canonorum in Ecclesia Cathedrali, Clem. Si vni. De reb. ecclie non alienandis. Et cum ibi dicatur, sine consensu Collegij Episcopum non posse coniungere, hinc efficitur, ut non sat sit Collegij consilium, nisi etiam consensus accedit: qui interuenire creditur, nisi contrarium apparet Ale. conf. 219. vol. 6. Quid si Canonicci consentire nolent? Tunc si nulla causa subest, vt fiat vno beneficiorum, compelli queant, & ipsi in iuris potest etiam fieri, praesertim a Papa, Reb. loco citato, Glo. 11. n. 3. Quarum, An sit necessarius solemnis tractatus qui interuenire debeat, cum res ecclesiæ alienantur? Respondeo Reb. loco citato, Gloff. 1. minime, tum quia Clementina citata lolum Collegij consilium requirit: tum etiam quia hoc idem fessurunt Auditores in Rota, Decif. 166. in nouis. Boer. in Decif. Burdegal. n. 345. Item si ecclesia quæ alteri coniungitur, est Imperator, obligata, necessarius est patroni Laici consululus, cum Episc. eam cum altera connectit, c. Suggeratum, De Iurepatr. c. Monast. 16. q. 7. Rebuff. loco citato. n. 28. & Glo. 11. num. 6. Idem quoque consensus requiritur, cum Legatus

Rom. Pont. continetit c. Cum dil. ihes. De Iurepatr. At lecus est, cum Patronus est Ecclesiasticus, huic eni<sup>m</sup> potest Legatus derogare; immo cum Patronus est Laicus non iure fundationis, edificationis, vel doct<sup>ri</sup>onis ecclesie, sed sola consuetudine, vel præcepti: ipse, vel priuilegio, potest, ac soler eius iuri derogare Legatus. Sed quid uero patronus unus sit Laicus ratione fundationis, vel doct<sup>ri</sup>onis. Ecclesia & alter eodem quoque iure sit Patronus ecclesiasticus: Respondeo, non derogare Legatum ob fauorem & gratiam Laici patroni, ne Laici a fundandis, vel doct<sup>ri</sup>andis Ecclesijs facile auocentur. Si roges itidem, An Rectoris, siue Parochi adesse debet consensus, cum Episcopus unam Eccleiam alteri subiecti, vel coniungit? Respondeo minime, Clem. citata, Si vni. De reb. Eccl. non al. en. Ratio vero eius est, quia cum Ecclesia antequam varet, alteri coniungitur, iuri Rectoris siue Parochi nihil derrahitur, eo quod coniunctio licet hat, dum ipse vivit, non sortitur effectum, donec obierit. Et hinc est, ut magna sit differentia inter haec duo: Beneficium conferre & coniungere: nam Benef. non confertur nisi vacans: at coniungitur etiam, cum non vacat: quoniam si vivo Beneficiario, Benef. conferretur alteri, priuatur Benef. quod habet, at cum Benef. alteri coniungitur, Beneficiarius nullo iure, quod obtinet in Benef. spolatur. Hinc etiam est, ut possint aliquo tempore aliqua Benef. iorum coniunctiones existere, quae nondum fini ad suum effectum perducere queras, An saltam Rectori, siue Parochio sic coniunctio denuncianda? Respondeo, minime: Rebuff. loco cit. Gloff. 11. n. 8. quia nihil eius iuri derogatur. Dices: si ei prius coniunctio indicatur, Benef. iuum forte cum alio permutteret, aut gratia & causa aliquicui sibi familiaris deponeret, Respondeo, hoc nihil obstat, quia Episcopus suo iure coniungendi quod habet, vitur. Rebuff. loco cit. n. 9. Glo. 11. Nec etiam est opus ut plebis siue populi consensus interveniat, quia coniunctio ecclesie nihil ei derogat. Rebuff. loco cit. Gloff. 11. n. 11. Sed numquid eorum etiam, qui consciente debet, consensus satis est, ut accedat post intercalatum tempore in coniunctione ante iam facta? Respondeo, satis esse, ut aii Rebuff. communem fecerit sententiam, loco cit. Glo. 11. n. 20. & 21.

Decimotertio queritur, Quæ sit iure prescripta forma beneficia coniungendi, quæ non seruata, vno. vni non habet. Respondeo, hanc esse: cum Legatus, vel Episcopus Ecclesias coniungit, nec est, vt in ipsa coniunctione causa cognoscatur, & exprimatur. Rebuff. loco cit. num. 43. Hoc enim interest inter Romanum Pontificum, & alios Ordinarios: quod illi Ecclesias connœctit causis non expressis: hi vero coniungere nequeant, nisi causa necessitatis vel utilitatis expressa. Clem. vli. de rebus Eccl. non alien. quamvis nec Papa soleat Ecclesias coniungere, nisi prius Ordinarij committat, ut de causis cognoscant, & ad ipsum referant. Immo in Francia testis Rebuff. in codem loco Ecclesiarum coniunctiones, etiam auctoritate Apostolica factæ causa non cognita & expresa, minime recipiuntur: & quod supremis Regni curijs irrita iudicantur, non quod Laici de causis ecclesiasticis iure queant cognoscere & iudicare, sed quod tales vniōnes subreptitæ credantur. Item necesse est, ut coniunctio Ecclesiarum sit ab episcopo, vel Legato, & iuocentur, quorum consensus debet accedere, ut constat ex Clem. Si vnam; De rebus eccl. non alien. alioqui vno, vel tanquam irrita censetur, vel saltare dissoluitur. Rebuff. loco citato. Si queras, quot & quæ sint causæ, ob quas duas Ecclesias vni*ti*queunt? Respondeo, duas esse: necessitatem, & utilitatem. Necessitas est, ut si duæ ecclesiæ redditus ita exiguo habeant, ut ad viatum duorum non sufficiant. c. vno. 10. q. 3. c. Postquam 16. q. 1. Clem. ne in agro, §. ad hac de statu Monach. Item si ecclesia sit alii hostilib<sup>s</sup> devastata, vel sit suo populo destruta, capit. 2. de relig. domib. Item quando ecclesiæ vicinæ sunt, & commodius regi possint ab uno, quam à duobus, c. temporis, 16. q. 1. c. vni. versic. hostilitati, 25. q. vni. Vicinitas est, quādō propter tenuitatem fructuum non in

ueniantur idonei, qui in ea seruant Deo! e. *Expositi*, *N*e  
*Sede vacante*.

Duci moquard quæritur, qua beneficiorum coniunctiones sint ipso iure irritæ & inaneæ? Respondeo, in primis cas que sunt, non vocatis ijs quorum intererat, hoc est, qui iure vocati debent, ut insinuat in Cle. s. vna, de reb. Eccles. non alienan. Et colligitur ex regula 21. *Cancellaria*. Deinde irritæ quoq; sunt ipso iure coniunctiones, quibus inferiores Papa Ordinarij ecclesiæ connectunt causis non expressis, ut doce eadem *Regula Cancellaria*. Si quærat, An coniunctio facta ex falsa causa, reseruata tamen, quod ad cætera pertinet, iuris formula, sit ipso iure irrita? Respondeo, irritam non esse, verum irritam reddidam, ut re-*et* ait *Rebuff ex communi sententiæ loco citato* *Glossa* 9. Si etiam roges quid dicendum, quando ij quorum interest, vocantur, & suum præstare consensum reseruant, runcne ecclesiæ licite coniungentur? Respondeo minime: nisi tam euident effe ecclesiæ necessitas, ut id postularet, *Rebuff loco citato*, *Glossa* 11. n. 3.

Decimoquinto queritur, An episcopus vel Legatus possit coniungere beneficia ad Romanum Pontificem deuoluta ob negligientiam eorum, quorum erat conferre? Respondeo cum *Abbate in Sicut unire*, *De excessu Prae-  
latorum*, polle, quia ius deuolutum ad Papam, solum dacei, ut conferat tunc ob negligientiam alterius: non tamen admitt episcopo vel Legato potestatem coniungendi. Nam etiam si beneficia episcopus coniungeret, Papam non impedit, quo minus illa tunc conferat: conferre enim, ut a-  
iunt Iuris Canonici periti, ad titulum beneficij, sed coniungere ad ipsius beneficij proprietatem spectat. Qui pro-  
prietatem habet, ius quoq; habet ordinandi & statuendi  
de beneficio: quod non semper habet is qui confert: nam inferior episcopo ordinarius aliquando confert: non tamen ordinat ecclesiam, aut de ea statuit.

Decimosexto queritur, An episcopus vel Legatus pos-  
sit coniungere beneficia iuri & potestate Papæ reseruata? Respondeo *ex Abbe*, *ibidem* distinguendo: Aut Papa ius ea conferendi, ordinandi, & disponendi reseruat: & hæc episcopus, aut Legatus conferre non potest: aut solum fibi reseruat ius conferendi, non tamen ordinandi & statuendi de eis, & hæc coniungere potest, quia coniunctio nihil impedit ius conferendi.

Decimo septimo queritur, Quæ beneficiorum coniunctiones sint inferiorib. Papa ordinarij iure intercede-  
tæ? Respondeo, eas esse, quib. ecclesiæ coniunctio guntur ad vitam Beneficiarij: hi uero modi enim coniunctiones intro-  
ductæ sunt contra, auſtalem præter commune ius. Nam cum iura prohibeant, quo minus quis duo beneficia simili habeat, præfertim ex ijs, quia ius incompatibilia vo-  
cat: introduci exipit, ut vnum beneficium cum alio coniungeretur ad tempus, videlicet dum quis viueret, ita ut ea coniuncta habere diceretur, cum tamen coniunctio facta sit solum causa ipsius, ut ea beneficia simili habe-  
ret. Deinde, per huiusmodi coniunctiones sit, ut Beneficiarius à sua ecclesia tota vita tempore absit. Præterea fit vti-  
ti Beneficiarius ante legitimam ætatem habeat beneficium, quod aliquo certam in Beneficiario ætatem requiri-  
bat. Postremo talis coniunctio beneficiorum nomine tantum coniunctio dicitur, sed recipi est ius relaxatio, & facta quædam reseruatio. Quapropter *Geminianus* in  
*cap. 1. De relig. domib. in 6. Calladot. accl. 4. tit. de Prab.* has  
beneficiorum coniunctiones ad vitam, tanquam contra Canones inductas, & ecclesiæ incommodas improba-  
runt. Negari tamen non potest, quin Romani Pontificis  
auctoritate fieri queant, quia eo ipso quod potest rigor-  
em Canonis laxare, potest vnum beneficium alteri coniungere ad tempus, hoc est, ad vitam eius, in quo coniungi-  
tur. Ex quo etiam sit, ut magis Canonibus aduersetur,  
cum non solum vnum beneficium alteri ad vitam illius conceditur, sed etiam cum duo aut tria cum tertio vel  
quarto. Præterea in *Concil. Trid. sef. 14. e. 9. De reform.* cau-  
tum est ne beneficia in una diœcesi posita, coniungantur

cum beneficijs in altera diœcesi: ne item annexanter Monasterijs, Collegijs, vel locis grata pietatis extra eis, in altera diœcesi sitis. Et *sef. 23. e. 13. de reform.* constituit Concilium, ne ecclesiæ Parochiales, vel curam animarum habentes coniungantur, vel annexantur Monasterijs quibuscumque & Abbatij, vel Dignitatibus, vel Pre-  
bendis ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiate, vel alijs beneficij simplicibus, vel hospitalibus domib, vel praeben-  
dies ecclesiæ Cathed. vel Collegiatæ, vel alijs beneficij simplicibus, vel hospitalibus domibus, vel sacris Militiis, non tamen vetat Concilium, quo minus Parochiales cum alijs Parochialib. vel curam animarum habentes cum alijs similibus connectantur. In Clem. 1. *De reb. Ecclesiæ non alienan.* cautum est, ne episcop. beneficium coniungat, vel annectat suæ, vel Collegij Canoniconum mensæ, etiam ipsius Collegij consensu accidente. Potest tamen, ut ibi *Glossa annelavit*, Præbendam aliquam cum Dignitate, Personatu, vel Canonico Cathedralis ecclesiæ, sive collegij consensu coniungere. Querat quis, An ad erigen-  
dam Capellaniam, vel aliud beneficium; seu ad illam aug-  
gendam, possit episcopus Præbendam aliquam ecclesiæ Cathedralis vel Collegiate dare? Respondeo *ex Filius in cap. 1. ne Sede Vacante*: posse, etiam illius Præbendæ redi-  
tus sive bona communia Canoniconum: dummodo tamen ipsius Collegij consensus accedit. Sic etiam pos-  
set viius Præbendæ redditus, vel bona convertente in ysis fabricæ, etiam Canoniconum consensus. Quærat etiam alii-  
quis, An possit episcop. viius Præbendæ proutens con-  
uertere non in bona totius Collegij communia, sed in v-  
sus singulorum Canoniconum; Quidam affirman, ea ta-  
tione permoti, quod non idem sit dare singulis Canoni-  
cis, quod dare omnibus.

Decimo octavo queritur, An episcopus possit duas ec-  
clesias regulares coniungere? Respondeo, olim episcopos id  
communi iure potuisse: quia ecclesiæ regulares & co-  
nobia in episcopi ditione constituta, ipsi subiecta erant:  
at vero iure nouo cum ecclesiæ regulares sint ab episco-  
porum potestate exemptæ, eorum auctoritate coniungi  
nequeunt. Præterea, nec nunc, nec olim cum Monasteria Episcopis subiecterentur, potest, aut potest episcop. duas eclesiæ regulares diuerse professionis, regule, habitus, & ordinis coniunge. Inde enim fieret, vt vnu ambabus prelatis, cum tamen essent diuerse professionis, & insti-  
tuti, quod magnum esset in commodum. Vna item ecclæ  
subiectetur alteri diuerse professionis regule.

Decimonono queritur, An episcop. ecclesiæ secula-  
rem sibi subiectam possit monasterio religiosorum, vel  
alteri loco causa communis pietatis extrecto donare? Respondeo, posse, etiam cum illa ecclesia non vacet. Si  
habitur in c. *Consultationib. Eccl. Peitoris, de donationib.* Que-  
res, quo differat donatio, quia vna ecclesia alteri datur à  
coniunctione, quia vna ecclesia alteri coniungitur, vel an-  
nectitur? Respondeo, *ex Abbe. capit. Suggestum, de tur. Pa-  
tr.* Cum ecclesia vna alteri donatur, redditus, vel cetera  
bona ecclesiæ que dantur, conceduntur alteri vii proprios vissus conuertantur. Vt, si vna præbenda Canonicos da-  
retur, vt eius proutens in proprios vissus transferret.  
Vt vna Ecclesia datur alteri, ut ex redditibus vel bonis  
ipsius in altera quæ datur, certa præb. instituantur, sive  
Benef. erigantur, *e. Expositi de prab.* vel datur, quia præ-  
dia, quæ habet ecclesiæ, conceduntur alteri ad proprios vissus ipsius. Et quolibet ipsorum modo episcopus, cum v-  
nam ecclesiæ det alteri, eam alienat ac proinde circa  
Collegij consensu, id facere nequit: quoniam in aliena  
natione rerum ecclesiæ, consensu Collegij requiritur.  
Nec item potest donare ecclesiæ patronatus iuri subie-  
ctam: nam etiam si patronus suum ius nominandi non a-  
mitteret, eius tamen plurimum interest, ne ecclesiæ bona  
alienentur, *e. Filij. 16. q. 7.*

Vigesimo queritur, An diuersi effectus ex diuersis  
Ecclesiæ coniunctionibus oriuntur? Respondeo, ori-  
tiam

nam velvoa ecclesia alteri coniungitur, ita ut ex ea penderat tanquam ex superiori, & principali, & ut vim, conditionem, & naturam suam amittat alterius priuilegia consecuta. Aut coniungitur ita, ut ambae regiae principales crifant, quamvis vni Rectori, & praefecto subiecte. Si primo ecclesia coniungatur alteri, in imprestatio ne fieri mentio debet eius, quae est principalis, cui altera accedit, & ex qua penderat ex qua coniungitur, facta item mentione principalis ecclesie, non est necesse eam exprimere, que illi coniungitur. *Glossa*, & *Caterin. c. Gratia*, de refer. in 6. *Ancharanias in c. Accessorum*, de reg. Iur. in 6. *Rota decis. 319. in Antiquis. Rebus suis in Praxi beneficiorum de uianis n. 13. & 14.* Cum vero due ecclesiae coniungantur ex que principaliter, oportet utriusque fieri mentionem, cum ecclae alterutra imperatur, eo quod vacante una vacat similiter & altera. Si item est beneficium simplex, ei qui primo modo Parochialis ecclesia coniungitur, non delimit ei simplex beneficium, & Parochialis eo ipso gradum suum, & pruilegia amittit.

Vigilimo primo queritur, An coniunctio ecclesiarum diff. aut queat? Respondet, posse, & eisdem de causis, quibus fuerant ecclesiae coniunctae, hoc est, vel ob evidenter necessitatem, vel in gratiam utilitatem ipsarum. Item diuini potest eorum auctoritate, quorum facta est, vide. licet Pape, Legati à L. tere, vel episcopi.

Vigilimo secundo queritur, Quidnam Synod. Tridentina statuerit de vniuersib. ecclesiarum perpetuis Sessione 6. cap. 6. & 7. de reformat. & sess. 24. cap. 13. de reformat. Respondeo, statuisse inter alia, ut vniiones perpetuae a quadraginta annis circa facta examinari ab ordinariis tanquam a fede Apostolica delegatis possint, & que per surreptionem, vel obceptionem obtenta fuerint, irrata declarentur. illi vero quæ a dicto tempore circa concessæ, nondum extoto, vel ex parte consequentes sunt effectæ, & que deinceps ad cuiuslibet instantiam sicut cas ex legi mis, aut alias rationabilibus causis coram loci Ordinatio vocatis quorum interest, verificandis factas sunt constitutæ, per surreptionem obtenta presumantur: & nisi altera fidei Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant. *Hac session. 7. cap. 8. vbi illi quadraginta anni computari debent a die quo Concilium Tridentinum a electoratu Romani Pontificis est promulgatum. Idem Ordinario querunt literas vniuersis, ipsi exhibent, & indicant debent. Cap. 7. eisdem sessionis dicitur: Beneficia ecclesiastica curata, quæ Cathedralibus, Collegiis, seu aliis ecclesiis, vel monasteriis, beneficia, seu Collegijs, aut prijs locis qui bis ueroque perpetuo unita, & annexa repertuntur, ab Ordinis locorum annis singulis visitantur: qui sollicitate prouidare procul, ut per idoneos Vicarios etiam perpetuas, nisi Ordinarij pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videtur, ab eis cum tercia parte frumentum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum, portione, etiam super certa re affigendis, ibidem deputandis, animalium cura laudabiliter exercantur: appellationibus, prudlegiis, exemptionibus, etiam cum iudicium deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscumque in premissis minima suffragantibus Hec ibi. Quo fit, ut in huiusmodi vnitatis ecclesiæ episcopus possit vicarios perpetuos, vel temporales constitutere, quorum literatura, vita, & mores, ipsius Episcopi auctoritate examinati, & approbati debent.*

## CAP. XXIX.

*De constitutione Vicarij in Ecclesia communi coniuncta, & de coniunctarum Ecclesiarum dissolutione.*

Primo queritur, An in ecclesia, quæ alteri in perpetuam coniungitur, arque subiecta, debeat Vicarius perpetuus institui. Ex c. *Extempora. 5.* Quæ vero, de proben. & cap. 1. eodem titul. in sexto, & cap. 1. de capellis Monacho. constat: quando una Ecclesia Parochialis alteri

coniungitur, & ei tanquam principalis subiecta, iulet constitui in ea ecclesia Vicarius perpetuus, qui in ea defteriat: & is qui eam ecclesiam sue coniunctam habet, non potest per seipsum in illa defterire iuncto Vicano perpetuo, nisi in coniunctione fuerit clausa opposita, ne in Ecclesia coniuncta Vicarius perpetuus instituatur, sed ut per seipsum inseruire queat is, qui beneficium unum possideret. Quando vero due Parochiales Ecclesiae arque principaliter coniunguntur, tunc unus & idem Parochus in ambabus inserviet, nec in altera Vicaria permuto inservire, illo iure competitur, sed ad tempus; videlicet quando ipse in ea suo munere, & officio fungi non potest, cap. & temporis 16. quarto. 1. & Papa Canonum rigorem laxat, ut Parochus qui duabus Ecclesiis sic coniunctis praefectus, bis diebus Dominicis, & festis item diuinis faciat, in una semel: & iterum, in altera, ut ait *Hesperiensis in cap. Consulusti. de celeb. Missarum.* Quando vero beneficium simplex alteri cuiuslibet coniungitur, in eo Vicarius perpetuus non constituitur, sed tantum quando Ecclesia Parochialis alteri annexatur, & subiectur, *Glossa in Clem. 1. de officio Vicarii.* Item quando beneficium curam animatum habens annexatur in eisdem Collegiis Canonicorum vel ipsius episcopi, potest in eo Vicarius ad tempus constitui. *Glossa in Clem. 1. de Excess. pralat. & Clem. 1. de re script. & Clem. 1. de supplem. negl. Prelator.* Præterea debet constitui Vicarius perpetuus, quando Religiosi, vel saeculares Clerici Romani Pontificis concessu habent Prioratus Regulares, quib. inest animarum cura. *Clem. 1. de supplem. negl. Prelato. Clem. Ne in agro, & Ceterum, de statu Monacho.* & tunc penes Priorum est cura animalium solun potestate, & habitu, penes Vicarium vero actu, & administratione. *Clem. 1. de officio Vicarii.* & hunc Vicarium perpetuum interdum Prior ipse nominat & offert, Epilocus vero instituit. *Clem. nem agro, cito.* Et *clem. 1. de tute paronat.* Aliquando vero proprio iure huiusmodi Vicarium episcopus constituit, sine via nominatione facta a Priori: aliquando in ipsa fundatione referatur: Prior ius creandi, & constitutiendi Vicarium: sed tamen recipi non debet, nisi Episcopi approbatione, & Ad hoc de officio Vicarij, & c. *Ex tua, de filiis prebzytiro.* Vnde cum ecclesiæ Parochialis alteri subiecta, iulet clausula apponi: *Vt Vicarius perpetuus in ea consuetatur: quavis aliquando soleat ad claustrum Vt in ea ecclesia prebzyt: et deserte ad tempus, & ad numerum recessari queat.*

Secundo queritur, An ex fructibus ecclesiæ Parochialis, quæ alteri annexatur, & subiecta, reuersari debet portio idonea ad Vicarium perpetuum in ea instituendum? Respondeo, debere: ac proinde coniunctio semper facta iulet clausula apposita: *Vt ex fructibus Ecclesiæ Parochialis alteri subiecta idonea portio assignetur Vicario in ea instituendo que ex ea se com mode sufficiat et possit, & Episcopalia iura solvere, & alia onera eidem ecclesie imposita iustinare: que portio solet esse tertia vel quarta pars fructuum.* Sed quia episcopi post Concilium Tridentinum in assignanda huiusmodi portione, modum excedebant: Pius Quintus constitutionem edidit sic incipiente: *ad exequendum Pastorale anno Domini 1567. in qua statuit: ut non maior tenueretur auctoritas portio, nec minor quinquaginta assignetur Vicarii perpetui, computatis omnibus ceritis, & incertis enolumentis, & obuentiis communiter recipi solitus, nisi Vicarius Temporaris solitum sit plus assignari.* Idem statuit, ut predicta portio assignetur sine inquantitate, aliaque quota frumentum, sine in pecunia numerata sine in fundo, ani altare subili, cuiuscumq; valoris fuerit ecclesia Parochialis unita: nisi valor annus sit minor quinquaginta aureas, sive enim loci portio assignetur fructus, & obuentiones.

Tertio queritur, Quæ debet huiusmodi Vicarios perpetuos instituere? Respondeo: post Concilium Tridentinum, Pium Quintum in prefata constitutione constitutis, ut praedicti Vicarii perpetui nominetur quidem ab illis qui presunt ecclesiæ, quib. sunt Parochiales subiectæ: sed instituatur ab episcopo, vel eius Vicario, & ab

eisdem